

F. K.

122.  
19.

ob

Bibl. No. 71

II m  
267

CVM

GENEROSISSIMVS DOMINVS

IOANNES CONRADVS

KRAFT

DE DELMENSINGEN,

EX

ANTIQVA PATRICIORVM GENTE

BEATE DEFVNCTVS

MAGNA CVM POMPA

EFFERRETVR

DE PATRICIORVM VERA NOBILITATE

ET KRAFTONVM NOBILIVM NOMINIS ORI-

GINE DISSERENS

SVAM TESTABATVR OBSERVANTIAM

JO. NICOLAVS Schwarz.



I E N A E

EXCVDEBAT IO. ADOLPHVS MVLLERVS.

hocr 1753

20

CVM  
CENTROSSIMVS DOMINVS  
IOANNES CONRADVS

KRAFT

DE DIRMINGEN

ANTHOVA PATRICIORVM GENITE

BEATE DEIVCTVS

MAGNA CVM POMPA

DE PATRICIORVM VERA NOBILITATE  
ET KRATONVM NOBILITATIS OMNIBVS

GENIBUS

SVAM TESTATVR OBSERVANTIAM

IO. NICOLAUS GINTZ

HAUSE  
KRAFT



1874  
RECEIPT FOR ADOLPHUS MAYER



GENEROSISSIME DOMINE.  
MARCE ANTONI KRAFT  
DE DELMENSINGEN.

**V**irtutem profecto, ceu umbra corpus comitatur invidia. Tantum autem abest ut ad majora animi nati hac a recta virtutis via avocari possint, ut potius calcari iisdem addatur ad summum virtutis fastigium alacri animo perveniendi. Singula perillustrans regna, id demonstratum ire possem nisi ipsa nostra Germania ex omnibus hominum generibus suppeditaret exempla quam plurima. Non majoris nobilitatis exempla sub examen vocabo, cum Patriciorum ordo ob oculos in presentiarum versetur. Virtus bellica summaque prudentia eosdem evehebant (a) ac Patriciorum nomine decorabant. Non dum vero ubique locorum disseminata erat fama de tanto tamque egregio virtutis præmio, imo vix per Germaniam manarat, cum obscure serpens livor atque invidia multorum animos occupasset, ad eorum famam minuendam, cum in nobilium numerum eos minime referendos esse aliis persuaderent. Nec desuerunt qui tale quicquam litteris consignare ausi sunt. (b)

(a) De Patriciorum origine, & initio conferri potest Viri Excellentissimi BVRCKARDI GOTTHELFFI STRUVII, Dissertatio sub SCHVBARTI præsidio habita, De Ludis equestribus & Dissertatio Vndecima Historiæ Germaniæ §. XIX. ubi hæc habet: exinde etiam patriciorum videtur esse origo petenda, qui ex nobilium ordine Magistratus gesserunt in urbibus, horumque progenies ad exemplum Romanorum dicti fuerunt Patricii. Conferri insuper potest Cranzius in Saxonia, nec lectu indigna sunt quæ allegat Crusius in annalibus Suevicis lib. 3. part. II. p. 89. Tunc quoque Henricus ad militiam præparavit subditos, armans eos & ad pugnandi scientiam exercens. Constituit ut octoni in Agris, nonum quemque sustentarent exeuntem in expeditionem. In civitatibus vero quaterni quintum alerent. Tunc non pauci nobilitati fuerunt, patricii in civitatibus

facti, datis in familiam eorum insignibus, quorum virtus in bellis enituerat.

Sic videmus tempus sat antiquum esse quo Patriciorum nobilitas coepit, ut proinde, minime adspernari possint, quasi non de vera sint nobilitate.

(C) Knipschild. de J. & Pr. civ. Imperial. lib. 2. cap. 29. n. 50. & Zahn. in Politia municipalis lib. I. cap. 16.

Pater jam ex dictis quid statuendum de Patriciis in municipio degentibus quos vocari solemus *Stadt = Junkern / Geschlechter die aus denen Geschlechtern sind /* qui quidnam proprie sint definiri non posse scribit Jo. Jacobus Draco in tract. de orig. & Jure Patriciorum. Denominationem *der Geschlechter* acceperunt, non quod reliqui sine gente & familia sint, sed quia Patricii vere non sunt nobiles sive equites *Ritterbürtige /* interim tamen inter provincialem plebem in obscuro degentem non referendi, adeoque per excellentiam ita nominari consueverunt.

Quorsam hæc disputata sunt a modo allegatis autoribus, non nisi in ignomiam gentis Patriciæ, cum tamen, vel ab hospite in antiquitatis monumentis, facile refelli possint. Et contrarium demonstravit I. C. Vir per omnem rempublicam litterariam admodum Clarus, Excellentissimus Struvius, qui Henrici Aucupis temporibus, ex nobilitate sumtos autumat. Sit tamen ut Crusius adfirmat loco modo allegato, quod dum temporis nobiles demum facti, num nostro tempore ex eorum familiis superstites, non majorum splendore sat celebres sunt? Et quod putatur eos non esse posse *Ritterbürtige /* falsum omnino est. Siquidem ex Torneamentorum. LL. abunde constat, neminem nobilium admillum fuisse, nisi majorum imagines & splendorem antiquum monstrare poterit, *oder der da Ritterbürtig gewesen.* At hisce patricios interfuisse notum est ex Henrici VI. diplomate ubi nobilibus seu patriciis Noribergensibus equestrium certaminum libertatem concessit, modo ut antea sic in posterum Mercatura & Cauponaria abstineant suisque annuis redditibus victitent; & Teste Crusio in annalibus suevicis lib. VII. part. 3. p. 396. Noribergæ circa annum 1451. sociale hastiludium est celebratum a Marchione Alberto cum patriciis ejus urbis. Sic Spenero in opere Heraldico teste gerunt Patricii *Adel. Helm und Schilde.* Sic itaque contra Draconem constat Patriciorum nomine insigniri posteritatem istorum nobilium qui ab Henrico Aucupe ad gerendam curam Judiciorum in urbis sunt constituti.

Lehmann. lib. 4. Chron. Spiren. c. 22. ingenuis & nobilibus coæquatos fuisse concludit patricios, quando inquit: *So erscheinet daraus clar. und unwidersprechlich / daß die Burger freye Leuth / entweder Adelichen Rittermäßigen Geschlechts / oder demselben als Patricii gleich gewesen.*

Originem etiam atque dignitatem patriciorum examinat Spangenberg in Chronico Saxonico c. 121. p. 163. ubi scribit: *A. 924. verordnete Keyßer Heinrich alle Jahr heer schau zu thun / das Volck zu mustern / und zum Kriege anzurichten / und in Fechten / Ringen / Springen / Rennen / Stechen und Brechen zu üben etc. und welche sich denn hierinnen am meisten übeten und am besten anliefen / die wurden vor den andern hervorgezogen / und dem Adel.*

Abel. gleich geachtet. Dahero kommen die Geschlechter in den Städten / welche gemeinlich anfänglich von den Dörffern und / Bleecken / (wie gedacht) in die bemauerten Städte genommen waren / die des mehrern Theils auch von denselben umb liegenden Dörffern / ihre Geschlechts Nahmen bekommen: wie das noch zu Braunschweig / Bremen und andern Sächsischen Städten / im Brauch bey dem Geschlechtern blieben / daß sie genandt werden die von Peine / von Bechelt von Basmar. VVolfg. Krauß in seinen Stamm- und Anfunfft-Büchlein des Hauses Sachsen A. 1555. edito Mich. Sachs in Chron. imper. sub Henrico Aucupe Cap. 5.

Ast hæc convitia virtutis Comitum, invidia scilicet, effectus, in ingenii ad summa natis adhuc nihil ferme aliud produxere, quam ut egregiis facinoribus editis ad majori laude celebrandam nobilitatem suam alios excitarent. Si quis hujus rei testimonia quæsierit, ex patriciorum gente, multos ex hoc ordine deprehendet ad majora inflamatos esse, quo nobilitatem non fumosis imaginibus & majorum splendore, sed egregiis virtutibus, testatam fecerint. Antiquissimorum Patriciorum Krafftonum nempe Vlmensium prosapiam tale quicquam semper propositum sibi habuisse nemo indubium vocabit, si curatius inprimis perpenderit, quæ a viris celeberrimis posteritati commemoranda sunt de eadem relicta.

De hujus familiæ origine & adpellatione non una eademque stat sententia, Siquidem sunt qui eosdem de Steig adpellatos fuisse dicant id quod Gabeleoverus quidam negare ausus est. Crusius annalibus Suevicis libr. VII. part. III. p. 427. mutati nominis indicat causam, dicens; Adpellati Kraffii existimantur a prospero pugnae exitu. Erat enim prilco tempore nobilis: qui insignia illis de Steg, omnino similia habebat. Ac quia superbia eum tumefecerat: putabat nemini fas esse, illos colores in suis armis gestare, nisi sibi & suis. Hinc factum, ut capitales cum Stegiis inimicitias exercebat: eorumque insignia, ubicunque in ea invideret, dejiceret ac turpificaret. Quamobrem eum Stegii in Judicium imperatoris adduxerunt. Ubi cum inter se contentiose ac pertinaciter agerent: nec res ullo modo componi posset: autoritate imperiali litem duello finiendam esse decretum est: quod duellum subirent duo ex utraque parte strenuissimi. Ventum ad manus & pugnam est. Ibi ille, qui de Steg ortum ducebat, animosissime pugnavit: ad unumquemque, ictum, quem hosti inferebat atrociter (sui extimulandi gratia) ingeminabat verba; hic Krafft / da Krafft. Sic cessit viro victoria & insignia sibi fortiter vindicavit, Vlmamque gloriose reportavit. Hinc & ipsi & omni posteritati ejus nomen Krafft remansit. Eadem ferme habet Felix faber. part. 3. evagatorii. Der Herr

Burgemeister in cr. Von den unmittelbahren Freyen Keyserl. Reichs-Adel der dreyen Ritter-Creyße / in Schwaben/ Francken und am Rhein-Strohm p. 182. 183. referiret die Sache aus bewehrten Scribenten also. Daß sie nemlich eines von Stegmeidung thäten/ dem ein anderer von Adel gleiches Wappens / die Führung seines Wappens disputiren wollen/ in einen zwey Kampff aber von Keyßer von den von Steg mit mehrmahliger Zuruffung bey Andern Streichen / hier Krafft da Krafft den Siegerhalten und dem Andern von Adel sein Wappen abgenommen. Worauf seine descendenten einen neuen Zu- und Geschlechts-Nahmen der Krafften bekommen.

Et profecto hæc maxime probabilia videntur, idque multis rationibus ex illorum temporum moribus desumptis probari potest.

(1.) Notus (1) mos est supra jam ex Spangenbergō probatus, quod quæ illis temporibus initia caperent patricii, eorundem plerique nomina retinuerint pagorum, atque omnem familiam ita denominarint, posteaquam in Urbes essent recepti. Videri hac de re possunt etiam verba der Braunschweigischen Historis. Handel in der 2ten Abtheilung des ersten principal theils pag. 224. ubi ita. Wie denn Henricus Auceps, der Römisch. Keyßer zum Behuff der Stadt Braunschweg/ von den nächsten Dörffern/ den neunnden Mann aufffordert/ dahero auch denn diejenigen so in die Stadt gezogen/ die Nahmen von denselben Dörffern behalten. Quare cum probe meminere Crufius in annalibus i. e. quod Krafft die von Steg nominati prius fuerint ab Ita sive ponticulo ac transitu de Castro in Villam quibus postmodum regione vastata castroque combusto, cum Ulmam se contulerunt mansit hoc nomen die von Steg/ donec supra dicto modo Krafftionum nomen obtinuerunt.

Secundo constat adhuc quod die von Steig eadem insignia gesserint ac Krafftiones, itam nempe auream per obliquum rubei campi: vid. Spener. in opere heraldico p. 153. & 195.

Tertio notum etiam est quod multæ Familiæ eadem gerant insignia, in hunc etiam usque diem, sæpe tamen multis non sine controversiis.

Quarto nota etiam est consuetudo illorum temporum quod ejusmodi controversiæ, sæpe per duellum fuerint finitæ, cum aliter haut potuerint: qui mos per Pacis publicæ constitutionem demum est abolitus.

Quinto non ignotum est quod ab ejusmodi acclamationibus in præliis atque Duellis non singuli tantum, sed toti quoque exercitus per abusum & ignorantiam nomina acceperint. e. g. Conradi III. Imperatoris temporibus Guelphi nominabantur qui a pontificis stabant partibus, Gibellini vero qui cum Imperatore faciebant, nullam aliam certe ob causam quam quod clamor exhortationis ad resistendum & fortiter pugnandum in exercitu VVelfonis fuerit talis: Hye VVelfen, FRIDERICVS vero Dux Sueviæ ad confusionem VVelfonis præcepisset clamari in exercitu suo: Hye Siebelingen. De quibus videatur pluribus summi polyhistoris excellentissimi Struvii kurzer Bericht von veränderung des teutschen Reichs. Sic forsitan heic quoque factum ut adstantes, ignorantes quid vellet cum exclamationibus suis, hie Krafft/ da Krafft / fortiter hic pugnans, postmodum eundem adpellarint, Krafft quod & iste nomen in hujus duelli memoriam retinuit.

Exa-

Examinatoro singulos in historiarum monumentis an-  
notatos Rectores Reipublicæ, belli Duces, ac eruditos  
Viros ex hacce gente prognatos, vix sufficeret annus ut  
eos enarrans argumentosum conficere posset opus. Qua-  
propter eos solummodo commemorabo quorum imagi-  
nes non ad intuendum sed ad imitandum sibi Generosissi-  
mus Dominus Joannes Conradus de Krafft, nuper, heu  
nuper beate defunctus! proposuerat. Erant istorum ima-  
gines qui Comite Fortuna, virtute Duce summa conse-  
cuti erant. Ponebat nempe sibi ante oculos de omni ho-  
minum genere bene (δ) meritum Krafftium qui an-  
no millesimo ducentesimo quadragesimo & sexto no-  
bili titulo erat ornatus. Recordabatur merita ac fa-  
mam Krafftii fundatoris Vlmensis ecclesiæ Cathedra-  
lis. (ε) Incrementa quæ in familiam hancce redunda-  
runt ex Joannis Krafftii egregiis in bello rebus gestis,  
nunquam non firmiter tenebat. Propositorus sibi  
exemplum boni gubernatoris Reipublicæ intuebatur,  
Heinricum de Krafft anno 1461 maximo urbis Vlmæ  
cum luctu defuncto. Ecquid non potuerunt Vlrici  
Krafftii & Joannis Krafftii imagines, qui summo  
honoris titulo ob studia plane singularia sunt deco-  
rati? ad maximos in studiis exantlandos labores ut  
eum impellerent excitarentque. Erat enim summa  
ipsius cura, ut fortibus & sua stirpe dignis facinoribus  
aliquando intentus ætatem posset agere, nec alienis  
meritis iners focorsque incumberet. Et aliter vitam  
agere non poterat, cum virtutem solam solumque animi  
cultum esse existimaret, qui nobilem a plebe fecernat  
& reliquis Civibus supervehat. Sane cætera omnia,  
aliena sunt quæ ex domesticis factis & fumosis ima-  
ginibus in alterius titulos resultant. Quam spem,  
quæ incrementa, quæ ornamenta sibi ab illo &  
Respublica & patriciorum ordo, familiaque splendi-  
didissima promittere non poterant? Quis itaque repre-  
hendet Parentes nobilissimos si luctu & squalore con-  
ficiantur. Ordo Patricius jure luctui habenas laxat,  
cives urbis Vlmæ, squalore, lacrimis, funestis atratisque  
vesti-

PK II m 267

x 329 3327.

vestibus deformati merito quoque incedunt. Et si ipsa subsellia curiæ Vlmensis, quæ cum beatissime defuncto aliquando exornanda quendam doloris sensum præ se ferre videantur, ne utiquam miror. Ego vero TVÆ genti devotissimus assiduas ac vehementes preces ad Deum effundo, cum aliter observantiæ signa testificare in præfentiarum non possim, ut cuilibet dolentibus vestræ familiæ augustæ det magnum omnino animum omnis tristitiæ contemptorem, tollat impediaturque temporis progressu quæ à gratulationibus avocare vobis devotos animos possint, avertat ejusmodi nempe Clades, annuat religioni Deus, annuat vestræ stirpi, annuat ô tristissimi Parentes vestris hæredibus ut semper sint ex iisdem qui orient quique a convitiis invidia ductorum vindicent hanc gentem antiquissimam.

(d) De hoc Kraffione testatur antiquum quoddam Diploma. Daß er 1246, des Abten von Reichenau Vafall und mit den titul nobilis beehret worden.


(e) Felix faber l. c. allegat ejus epitaphium.

ANNO DOMINI M CC LXXXVIII. INDIE EPIPHANIÆ  
OBIIT DOMINVS KRAFTO ANTIQVVS SCRIBA FVNDA-  
TOR NOSTER.

Crusius l. c. p. 409. Vlmæ obiit 1461. der Fromme und Beste Heinrich Krafft / alter Burgemeister die Jovis post nativitatem Christi.

Crusius l. c. p. 470. dicit: de Ulrico Krafftio in Papiensi academia creatus est Doctor Juris Canonici & civilis Vlicus Krafftius Vlmensis 1486. Spangenberg Joannis Krafftii memoriam injicit in Adel: Spiegel/ wenn er p. 197. saget / daß Er Medicinæ Doctor und Ferdinandi Leib: Medicus gewesen.

Von derer Herrn Krafften Schloß Delmensingen/ findet man einige Nachricht bey dem Martino Zeilero in seiner Dexter: Beschreibung des Schwaben: Landes p. 478. & 594.



VD 18

nc.



F. K.  
122.  
19.

ob

Bibl. Mus. 771

II m  
267

CVM

GENEROSISSIMVS DOMINVS

IOANNES CONRADVS

KRAFT

DE DELMENSINGEN,

EX

ANTIQUA PATRICIORVM GENTE

BEATE DEFVNCTVS

MAGNA CVM POMPA

EFFERRETVR

PATRICIORVM VERA NOBILITATE

NONVM NOBILIVM NOMINIS ORI-

GINE DISSERENS

TESTABATVR OBSERVANTIAM

IO. NICOLAVS Schwarz.



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

I E N A E

CVDEBAT IO. ADOLPHVS MVLLERVS.

Nov 1753

